

Heinrich Müller

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Müller/ Theologus
Doctor & Professor Ordinarius, ad div. Mariae Pastor Ad Exequias Quas Viro ...
Dn. Martino Gerdes/ Inter Cives Sedecimviro & Cerevisiario industrio Coniugi suo
desideratissimo Vidua moestissima paratas cupit Omnium Ordinum Cives
Academicos ... invitat : P. P. Sub Sigillo Rectoratus d. IX. Martii Anno M DC LXVI**

Rostochi[i]: Kilius, 1666

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777526786>

Druck Freier  Zugang



M ü l l e r, H.,

in M. Gerdes.

Rostock. 1666.

72.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777526786/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777526786/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777526786/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777526786/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777526786/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777526786/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA
RECTOR UNIVERSITATIS
ROSTOCHIENSIS
HENRICUS Müller
Doctor & Professor Ordinarius,
ad div. Mariæ Pastor
Ad
EXEQVIAS
Qvas
VENERABILISSIMO & LITERATISSIMO
Dn. MARTINO
Gerdes/
Inter Cives SEDECIMVIRO &
Cerevisiario industrio
Conjugi suo desideratissimo
Vidua moestissima paratas cupit
Omnium Ordinum Cives ACADE.
MICOS seriò & peramanter invitat.
P. P. Sub Sigillo Restoratus d. IX. Martii Anno M DC LXVI.

ROSTOCHI,
Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typographi.



Ortem pariter atque vitam
hominis Christiani in seipso deli-
neaturus Paulus *Ego tō ēn, inquit,*
Xēsos, nō tō dōgavēr uēdō. Sy-
rus vertit; *Vita mea, mea inquam*
Christus est: quod si morior, lucro
*mibi cedit. Arabs planè insolent-
er; Bonum est apud me vivere, &*
lucrum mibi est mori. Aethyops;
Ego si vixero, Christo: & si mortuus
fuerō, lucrum mibi. Vulgatus, Piscator & A. Osiander;
Mibi vivere Christus & mori lucrum. Beza & Schmidius;
Mibi & in vita, & in morte Christus est lucrum. Lutherus,
Emserus & Dietenbergerus; *Christus ist mein Leben/Sterben*
ist mein Gewinn. Angli; *For to me to live is Christ, and to die*
is gaine. Batavi; *Want het leven iſ my Christus/ unde het*
sterven iſ (my) Gewinn. Theodoretus, qvod noverim,
ex Veteribus solus est, qvi ad Christum, ut subjectum,
utrumque referat, qvod lucrum sit & in vita & in morte, ut
sensus sit; *Utrumq; mibi in Christo conducibile est & vita & mors.*
Nam & vitam Christi legibus exorno, & mortem propter ipsum
libenter suscipio. Seqvitur hunc Calvinus qvi Hactenus hunc
locum, scribit in comm. *meo judicio male verterunt & ex-*
posuerunt

posuerant interpres. Sic enim distinguunt: quod Christus fuerit
Paulo vita, & mors lucrum. Ego autem Christum in utroq; mem-
bro orationis facio subjectum, ut tam in vita quam in morte lu-
crum esse prædicetur. Gracis enim vulgare est subaudire parti-
culam τοις. Praterquam autem quod hic sensus minus est coactus,
etiam melius cohæret cum proxima sententia, & pleniorē con-
tinet doctrinam. Indifferens sibi esse & in equo affirmat, vi-
vatne an moriatur, quoniam Christum habens utrumq; lucro ap-
ponat &c. Commendat sententiam Beza, & ellipsis hanc
talem esse existimat, quæ non modò tolerari possit, sed &
inter Atticismos referri commodè. Amplectitur quoque
eam ex Pontificiis Corn. à Lapide, cujus verba relatu digna
hæc sunt: Melius sic exponimus; Mori, i. e. mortis meæ lucrum
est Christus idem qui est & vita mea, Christus, inquam, id est,
conjunctio & fructus Christi. Unde verba hæc, Euū τὸ ζῆται
Χριστός, καὶ τὸ δοκιμαῖν κέρδος i. e. mihi vivere Christus est &
mori lucrum, videntur ab Apostolo eleganter causa transposita,
eag; supplendo prepositionem καὶ sic ordinari debere: Χριστός εἰμι
καὶ τὸ ζῆν, καὶ καὶ τὸ δοκιμαῖν διὰ κέρδος Christus mibi est & in
vita & in morte lucrum, ut Christus sit subjectum, lucrum præ-
dicatum, vita & mors sint circumstantia & conditio temporis,
qua afficit & denominat prædicatum, vel potius conjunctionem
prædicatiū subiecto, q. d. In omni fiducia magnificabo Chri-
stiam in corpore meo, sive per vitam sive per mortem, ut nimirū
constanter pro Christo vivam & prædicem, vel martyrium habe-
am & moriar: cujus constantia causam subdit, dicens; Mibi enim
Christus & in vita & in morte lucrum est. Ideo enim vivere non
recuso, nec mori timeo, quod tam in morte, quam in vita Christo
serviam, Christo uniar, Christum lucrer, itaque Christus tam in
morte, quam in vita mea magnificetur. Christus enim est amor
meus & omnia: præter eum nihil amo, nihil timeo. Unde si

hol

X 2

Christo

Christum inveniam & lucrer, perinde mihi est, sive vivam sive moriar. Rom. 14, 8. Gemella planè ad hunc locum ex nostris Schmidius notat, qui putat omnium optimè verba Apostoli sic reddi; Ich lebe oder sterbe / so ist Christus mein Gewinn. Ut ut vero expositio hæc nihil sapiat absurdii, non tamen suo carente pondere, quæ contrà eam assert Piscator in notis ad h. l. ubi Quanquam, inquit, in hac eadem Epistola occurunt exempla istius ἐλέγεως, tamen trajectio isthac verborum mibi quidem admodum dura, & à simplicitate stylis Paulini aliena videtur. Sic enim potius verba collocasset; εμοὶ δὲ Χριστὸς καὶ τὸ ζῆν καὶ τὸ θανάτον κέρδος, Mibi enim Christus & in vita & in morte lucrum est. Huc accedit & illud, quod sic ista sententia non cobaretur ut ratio cum præcedente: quod tamen postulat conjunctio δέ. Nam aliud est gloria Christi, aliud salus Pauli, quam lucri nomine intelligit. Vult autem ostendere, Christum glorificatum iri & per vitam & per mortem suam: quorum illud expressè declarat; hoc vero ita innuit, ut alium præterea sua mortis effectum exponat, nempe salutem suam. Nobis hic Veterum simplicitas approbatur quammaxime, qui id velle Apostolum contendunt, vitam nempe suam esse in Christo, se ob propagandam gloriam Christi vivere, à Christo vegetari atque ad prædicandum quasi vivificari, propter Christum etiam mortem sibi lucrum fore. Perspicue Nyssenus in Epitaph. Basilii; ξεσός ζῆν τὸ ζῆν αὐτοτέρος, καὶ οὐκίως ἐναπέδεινός εἰ τάφος, Christus vita utrique erat, & utrique similiter mors lucrum. Præclarè imprimis, ut solet, Chrysostomus; Vult dicere Paulus, Etiam moriendo non moriar, eo quod vitam habeo in me ipso. Tum vero demum me occiderint, si per metum & terrorem animo meo fidem potuerint excutere; donec vero Christus in me fuerit, etiam si mors ingruerit, vivam. Et in hac quoque vita quod vivo non est vita mihi sed Christus. Certè non est vivere,

sed

sed vivere Christo vita, nec longior in vivis moralucrum est,
sed ipsum mori. Menander lectus Paulo n̄ ζῆν pro vita po-
suit; πολλῶν ἐμεσῶν δὲ τὸ ζῆν Φερτίδων. Nec modò pro vita,
sed pro vita beata. Τέτοιος ἐγώ μόνοις ἐκεῖ ζῆν θέλει. Τοῖς δὲ ἀλλοιοις
πάντις ἐκεῖ νομάζει. Contra Moeccenas; *Vita dum supereft, bene eft.*
Lucanus, Οὐδεὶς τὸ δύο θανάτου κέρδος, quasi contrà Paulum scrip-
tisſet. Socrates apologia, si mors nox perpetua sit, veluti
somnus absque insomnio, nullusque superficit sensus, θαυμά-
σιον κέρδος ἔχει, inquit, οἱ Γάιατροι. Apud Euripidem Iphi-
geniā; *Bene moritur, qui dum moritur lucrum facit.*

Ob qvem & similes aliquot populus actorem cum fabula exe-
gisset, nisi Euripides autor enixè petiisset ut expectaretur exi-
tus fabula. At qvicqvid hujus sit, certè qvi sic vivit, ut cum
Paulo dicere possit Gal. II, 20, *Vivo autem non amplius ego, vivit
verò in me Christus*, mori non potest, aut si mori dicatur, lu-
crum ei mors est, qva deponitur qvod mori potest, induitur
qvod mori non potest, qvâ ad ipsam Christi gloriam transitur,
qvâ pro peccato justitiam, pro labore reqviem, pro militia
pacem, pro fletu solatium, pro corruptibilitate incorruptibili-
tatem, pro mortalitate immortalitatem, pro ignominia gloriā,
pro miseria felicitatē, pro morte vitam qvisqvis moritur con-
seqvitur. *Lucrum est evasisse incrementa peccati, lucrum fugisse de-
teriora, & ad meliora transisse*, eleganter inquit Ambrosius de
bon. mort. c. 2. Nec minus concinnè Cyprianus tract. de mort.
*Cum chari, quos diligimus, defeculo exeunt, GAUDENDUM PO-
TIUS QVAM DOLENDUM.* Cujus rei memor B. Apostolus di-
cit: *Mibi vivere Christus est & mors lucrum.* *Lucrum maxi-*

onum computans, jam seculi laqueis non teneri, jam nullis peccatis,
Et vitiis carnis obnoxium fieri; exemptum pressuris angentibus Et
venenatis Diaboli faucibus liberatum ad letitiam salutis aeternae
Christo vocante profici sci. GERDESIMUM nostrum, cuius no-
bis tumulus hodie commentandi materia, si interrogemus
quantum vitam inter atque mortem discriminis, crede mihi,
si fandi daretur copia, responsurus esset, tantum esse quan-
tum inter damnum atque lucrum, ut vitam commutare cum
morte nihil ferè aliud sit quam damnum commutare cum lu-
cro. Natus est BEATUS noster, ut rebus caducis aliquando
interesset, qui nunc perennibus fruitur, apud nos Rostochii
Anno Cbr. MDC. XIX. d. 27. Febr. & mox regno cœlorum ren-
atus atque aquis salvificis expiatus est. Patrem habuit Virum
Prudentissimum B. WEINHOLDUM Gerdes / urbis hujus
Senatorem spectatissimum. Matrem EMERENTIAM Preng-
ers / Matronam virtutibus sexum suum ornantibus maximè
conspicuam. Avus paternus ei fuit Vir Consultissimus B. MAR-
TINUS Gerdes / J. U. Doctor & Consul ac Syndicus Gustrovici-
ensis. Avia paterna CATHARINA Kochs / Matrona hone-
stissima. Avum maternum laudavit Virum Praeclarum B. HIN-
RICH Prenger / Civem primarium etdisque Marianæ præfe-
ctum solertissimum. Aviam maternam foeminam ornatissi-
mam MARGARETAM von Reden. His progenitoribus
oriundus Margeritæ noster non potuit non præclaræ indolis
igniculos possedisse, qui sese exeruere jam à molli statim pue-
ritia. Educatus & informatus in bonis literis in Schola patria,
ex qua, fundamentis feliciter jactis, *Anno 1641.* in Academiam
Juliam ablegatus per annos aliquot in convictorio substitutus
Viri per celebris JOHANNIS BRENNECII. inde rediens
in patriam sub incomparabilibus Themidos antistitibus D.
SCHUCKMANNO, D. RAHNIO, D. SCHNOBELIO; sed

qvantis

quantis Viris! curriculum juris absolvere constituit. Qvām pul-
era s̄pē certamina publica opponēdo, respondendo dederit,
qvām nobili servore in Jurisprudentia, in cuius sinu conqui-
escere decreverat, discendo militaverit, pr̄estat non attingere
qvām parcē. Sed visum aliter qvī res humanas moderatur Deo,
qvo disponente factum est ut ille. Anno 1645 d. 12. Augusti cū
Virgine tūc temporis ornatissima, nunc Vidua de solatissima,
ANNA, Maximē Reverendi & Amplissimi DN. JOHANNIS
QVISTORPII, Theologi Doctoris & heic loci Professoris, Fa-
cultatis suæ Senioris, & Eccles. Rostoch. Superintendentis, Vi-
ri de publico excellentissimē meriti bonisq; omnibus etiam
post fata venerandi filia matrimonium iniret. Qvod ipsum ma-
trimonium uti per viginti annos pacatum, sic latis etiam sœ-
cundū fuit. Suscepit enim NOSTER jugalis thori pignora sex,
tres filios, totidemq; filias, WEINHOLDUM, BARBARAM,
JOHANNEM WEINHOLDUM, MARTINUM CHRISTO-
PHORUM, EMERENTIAM, ANNAM CATHARINAM.
Quatuor horum celo dudum, unde venerant, redditi, soli
JOH. WEINHOLDUS & MART. CHRISTOPHORUS
etiamnūm superstitat, paternas virtutes amulaturi haud
segniter. Anno 1650. in numerū Centum virorum cooptatus
est NOSTER, & Anno 1660. ad sustinendum Sedecimvirū munus
adscitus. Qvod utrumq; per annos bene multos ita admini-
stravit, ut neq; fidei, neq; industria qvicq; in se desiderari
passus sit. In omni vita sua pietatem qvam maximē testamat
fecit, & qvī Christianorum am̄p̄easōv est, in Deum atq; ve-
nientia

hementia corpus debile sic satis exercuerunt, ut perpetua inquietaretur insomnia. Ac est qvidem consultus Medicus Clarissimus Dn. D. DOBELIUS, adhibitaq; pharma-ca nobilissima, sed non alio eventu qvam ut hæc nobis scriben-di necessitas imponeretur. Qvod cùm itaq; animadverteret futuri prudens, instare horam, qvam novissimam sibi consti-tuisset Deus, accersito aliquotiens me Confessario suo qvod pe-tit impetravit ex verbo Dei animæ solatum. (Pastus enim erat octiduum jam ante in æde sacra sacratissimis corporis Do-minici epulis) qvo impetrato & ad interiores pectoris reces-sus admisso permisit se totum Deo, plenus Dei haud una vice alta voce intonans ; Meinen Jesum laß ich nicht / den sol mir kein Leuffel aus dem Herzen reissen. Item ; Weicht ihr Trauers-geister / den mein Freuden Meister Jesus tritherein &c. Hæc in-ter aliave adstantium suspiria d. 5. Martii circa dimid. 4. placi-dissimè resolutus est, postqvam 47 annos & 7. dies vivendo, s. potius moriendo complexset. Misereatur Deus superstitis Viduæ & pupillorum, iisq; sit mariti patrisve instar! Vos, Cives Acade-mici, vel uni Dn. QVISTORPIO, Collegæ nostro pretiosissimo, Theologo de Ecclesia & Academia bene merenti indies id de-betis honoris, uti exeqvias AFFINIS in solatiū mœstissimæ SO-RORIS freqventes exeqvamini. Et NOS, ut faciatis qvod ve-strarum partium est, prolixè etiam atq; etiam vos adhorta-mur. Inter eundum cogitate illud Sapientis : *Hoc affigamus animo, Hoc nobis subinde dicamus ; MORIENDUM EST ? quando? quid tuas mors naturæ lex est, mors tributum officiumq; mortalium, malorumq; omnium remedium est. Omnibus omissis, hoc unum me-ditare, ne formides nomen mortis : effice illam tibi cogitatione multa familiarem, ut, si ita tulerit, possis illi vel obriam exire.*

Conventus fiet hora dimid. II. in æde B. Virgini sacra

dimid. II.

09690-09690



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777526786/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777526786/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777526786/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777526786/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777526786/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777526786/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777526786/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777526786/phys_0016)

DFG

qvantis Viris! curriculum juris absol-
era s̄a pe certamina publica oppone,
qvām nobili servore in Jurispruden-
escere decreverat, discendo militav-
qvām parcē. Sed visum aliter qvī res
qvo disponente factum est uti ille
Virgine tunc temporis ornatissima,
ANNA, Maximē Reverendi & Amp-
QVISTORPII, Theologi Doctoris &
culturatis suæ Senioris, & Eccles. Rost-
ri de publico excellentissimē meriti
post fata venerandi filia matrimoniu-
trimonium uti per viginti annos pa-
eundū fuit. Suscepit enim NOSTER
tres filios, totidemq; filias, WEIN-
JOHANNEM WEINHOLDUM, M-
PHORUM, EMERENTIAM, AN-
Quatuor horum celo dudum, und
JOH. WEINHOLDUS & MA-
etiamnum superstitanit, paternas v-
segniter. Anno 1650. in numerū
est NOSTER, & Anno 1660. ad sustine-
adscitus. Qvod utrumq; per annos
stravit, ut neq; fidei, neq; industria-
passus sit. In omni vita sua pietate
fecit, & qvī Christianorum nūpne
mum amōrem. Cujus rei, prou-
atq; permulta documenta afferre li-
properandum nobis esset ad id qvod
Ostiduum vix est qvod cum gravissi-
NOSTER. Accesserunt alia sympt-



uit. Qvām pul-
dendo dederit,
is sinu conqui-
non attingere
oderatur Deo,
2. Augusti cum
adelatissima,
I. JOHANNIS
professoris, Fa-
tendentis, Vi-
tinibus etiam
yodipsum ma-
atis etiam so-
ri pignora sex,
BARBARAM,
I. CHRISTO-
THARINAM.
redditi, soli
STOPHORUS
culaturi haud
um cooptatus
impiri munus
os ita admini-
n se desiderari
ximē testatam
atq; prox-
uiculentissima
i hujus, nec
lio Viro fecit.
nflictatus fuit
anta cum ve-
hementia